

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6662

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Normandie (duc)

Bénéficiaire(s) : Troarn, Saint-Martin (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1153-1154, avril]

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation des biens possédés en Angleterre par l'abbaye de Troarn, accordée à ce monastère par Henri, duc de Normandie et d'Aquitaine, comte d'Anjou.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Dodsworth Roger, Dugdale William, *Monasticon Anglicanum, sive Pandectae coenobiorum Benedictinorum, Cluniacensium, Cistercensium Carthusianorum..., de canonicis regularibus Augustinianis...*, Londres, Longman, Hurst, Rees, Orme & Brown, 1817-1830, 8 vol., t. 6, part 2, p. 1105.
- b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° LXV*, t. 1, p. 72-73.

Dissertation critique

« 1153-commencement d'avril 1154 ? » : sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 1, p. 72-73.

Texte établi d'après b

Henricus, dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis Francis et Anglis totius Anglie, salutem. Sciatis me dedisse et confirmasse Deo et Sancto Martino Troarni, et monachis ibidem Deo servientibus vel servituris, pro anima mea et pro animabus patris mei et matris mee et omnium antecessorum et amicorum meorum, elemosinas quas habuerunt in toto regno Anglie tempore Henrici regis, avi mei, scilicet Rogentonam et Horringeiam et Horsleyam, que omnia Rogerus comes Seroberiensis predicto sancto dedit. Concedo etiam tres hidas terre, quas Herluinus apud Walton, et decimas de Grafton et de Estretementon, et duas masuras in Cicestria, et decimam de Mersetona, quam Orsmelinus dedit, et ecclesiam de Mundreham, quam Torstinus de Fontanis dedit, et decimam de Norburna, quam Radulphus Bastardus dedit, et decimam de Olfam, quam Alscio dedit. Concedo etiam hoc quod Robertus de Romeliolo dedit, scilicet ecclesiam Sancti Andree de Witeneher, cum terra sacerdotum et decimis que ad ipsam villam pertinent, et ecclesiam de Mapeldra, cum terra presbyteri et terra unius caruce, cum pratis adjacentibus ipsi terre et decimis ipsius ville, et ecclesiam de Molanda cum sacerdote, et decimis ipsius mansionis et terra ad unam carucam, cum pratis, et tres hospites cum terra sua ; et in Espicewic unum hospitem, et ecclesiam de Warocle, cum decimis quas ipse Robertus predicto sancto dedit. Et preter hoc volo et precipio quod decem hide de Horsleya se acquietent pro septem hidis de omnibus geldis et omnibus rebus, sicut rex Henricus

confirmavit per cartam suam. Et preter hec precipio quod ecclesia Sancti Martini de Troarno teneat bene et in pace terram et domos quas Johannes filius Gilberti predicte ecclesie dedit, que sunt apud Wyntonam de feudo Sancti Petri de Hida.

Testibus : Willelmo cancellario, Reginaldo comite Cornubie, comite Glocestrie, Roberto comite Leycestrie, Rogero comite Herfordie, Patricio comite Wiltescire, Humfrido de Buhun dapifero, Ricardo de Humez constabulario, Elia Giffard.